

receptionis, etiam liberaliter fiant, & sine ulla conditione, vel pacto; tamen ratione temporis se nper hanc suspensionem praeferant secundum praecitatas glossas. Hinc videtur sequi ut S. Synodus approbaverit hanc sententiam uti honestiorem, actiorem: idemque habetur in Constitutione Pii V. incipiens. *Dum nimis*, in Bullar. *tom. 2. pag. 310.* in qua decretum illud ampliatur, & declaratur. Nisi dixerit idcirco hae prohiberi à Concilio, & Bulla, quia non sunt liberaliter à sponte dantibus, sed ab invitis vigore statuti, vel consuetudinis: hic verò queritur de his quae purè, & liberaliter offeruntur tempore ingressus: veruntamen negari non potest quin ratio illa suspitionis vigeat etiam in hoc casu, ut ex dictis constat.

Præterea hoc expressius statutum legitur in decreto *cap. 1. sess. 21* ubi pater Episcopus, aut eorum ministros nihil quovis pretextu accipere posse, etiam sponte oblatum pro collatione quorumcumque ordinum, nec pro litteris dimissionis aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacumque de causa. Quo decreto, ut Cardinalis Carafa adnotavit, corrigitur quod asserunt Doctores in *c. 1. supra eod.* videlicet accipi posse id, quod non principaliter, & pro ipsa re spirituali, sed ex charitate sponte datur. Item corrigitur *c. Etsi quaestiones*, & *c. Dilectus ille secundo, supra eod.* ibi: (Illud tamen gratanter recipi poterit, quod fuerit sine taxatione gratis oblatum.) Sed Hostien. dixit ibi: (Quod gratis recipiant, satis est mihi certum; sed an gratanter offerant, non est notum.) Vnde S. Synodus ad tollendam omnem suspitionem sustulit etiam sponte oblata: quae si nihilominus acciperentur, non propterea simoniam inducerent, hic omnis abesse potest; sed dantes, & accipientes incidere in penas eo decreto inflatas.

- 31 Quinò nota ibi, *regis humiliter*; preces humiles à digno oblatas pro canonicatu, vel alio beneficio ecclesiastico obtinendo simoniam labem non inducere, nec peccatum aliquod ambitionis; concordat *c. Praeposuit, in 1. resp. de elec. excom. ministr.*
- 32 Dixit dignus, quia si indignus huiusmodi preces porrigeret, absque dubio simoniam committeret, ut post *Sanctus* notat gl. 1. in *c. Tuam, de atat.*
- 33 *Qual.* Quae tamen distinctio procedit si preces porrigantur pro canonia, vel alio simplici beneficio, ut hic; secus si pro maioribus, in quibus se nemo ingerere debet, *c. Qualiter, de elec. c. Cum iam dudum, de praeb.* secundum Hostien. *hic n. 2.* & Cardin. in *2. notab.* unde preces, quas pro se quis porrigit ut in praetatum eligatur, ambitiosae sunt, & illicitae, *c. Nullus, q. 1.* & concludit glossa praelleg. & DD. in *d. c. Tuam*, Nec mirum, quia Episcopatum nec licet appetere, nedum pro eo adipiscendo preces porrigere, cum Augustinus *lib. 19. de Civit. Dei. 19. prope fin. dicat*: (Locus superior, sine quo populus regi non potest, est administratur ut decet, tamen indecenter appetitur.) & Chrysost. *homil. 35. in Matth. circa med.* (Opus quidè desiderare bonum: bonum est; primatum autem honoris concupiscere vanitas est; primatus enim fugientem se desiderat, desiderantem se horret.) ad hoc *fin. 1. q. 6.* & egregie probat S. Thomas in *2. 2. q. 187. art. 1.* explicans illud *Apoll. 1. ad Timoth. 3. Qui Episcopatum desiderat, hoc non opus desiderat, c. Qui episcopatum, q. 1.* Sed pro minoribus beneficiis, qui digni sunt, licet humiles preces porrigunt, imò hoc procedit etiam si pre-

cesserit donatio rei temporalis liberaliter facta, & citra ullam conditionem, vel pactum, ut probat haec littera ibi; *si verò purè, ac sine pacto rogant humiliter*, & tenet Abb. in *1. notab.* dicens hoc esse perpetuò notandum ad excusationem eorum, qui munuscula, vel xenia Cardinalibus, vel aliis Praelatis conferunt rogantes pro aliquo beneficio consequendo; nam nisi dicantur principaliter ea intentione, ut spiritualia adipiscantur, quamvis secundario spem habeant beneficii obtinendi, extra omnem noxam iudicantur, *c. Non satis, 86. dist. 6. Sunt in Ecclesia, q. 1. glossa prima in c. Cum essent, supra eod.* Vix enim facere possunt, qui huiusmodi intentionem secundariam non habent, ut dicitur hic Innoc. in *ver. intentione, Holt & Io. Andr. ambo n. 3. in eod. ver. & Cardia. n. 3.* facit quoque notari in *c. Quid prodest, 61. dist. in c. Sunt nonnulli, q. 1. & in d. c. Tuam de atat. & quali, & cum opinione Abbatis, transeunt hic Marian. Socin. n. 6. Felin. in 1. notab.*

Et confirmatur, quia in his parvis xenis, vel munusculis non committitur simonia; nam est ipsa etiam persona electi offerat ordinari, vel consecratori suo electuarium, aut de vino, sive de aliis huiusmodi, quae modici pretii fuerint, & quae voluntatem recipientis inclinent, vel movere non debeant; non tamen Ecclesia Romana interpretari consuevit recipientem in his delinquere, vel donantem: quae sunt verba textus in *c. Etsi quaestiones, in fin. supra eod.* Et ibi notat Bernar. in *glos. ult. & Doctores, & Petr. Brixien. in repon. in ver. Simonia, vers. Pro modico*; unde & Clemens VIII. in Bulla de largitione munerum excipit leviora esculenta, aut poculenta, sive ad devotionem, vel religionem pertinentia munuscula licet Sacra Congregatio Concilii cum in una Casalen. dubitatum fuerit, an Tridentino Concilio *c. 14. sess. 24.* & Bulla Pii V. *Dum nimis*, sit lublata consuetudo, cuius vigore Canonici novis singulis Canonici chirothecae distribuit, & donat post adeptam possessionem, & post admissionem ad fructus, & distributiones, declaraverit nec fas esse huiusmodi chirothecae dist. ibi; vel recipi, Sed potest dici munus illud non sponte offerri vel donari, sed iure consuetudinis cogente; quia donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur, *l. Donari, ff. de regul. iur. Ioan. Andr. hic n. 3. in ver. Purè.* Vnde non mirum si ea consuetudo à Concilio, & Constitutione Pii V. sublata fuerit, facit decretum eiusdem Concilii in *cap. Vno, sess. 22. de observan. & evitand. in celeb. miss. ibi*: (Illiberales elemosynarum exactiones potius, quam postulationes, aliaque huiusmodi, quae à simonica labe, vel certè à turpi quaestiu non longe absunt.)

Cæterum advertet, quia quod dictum est in his munusculis simoniam non committi, procedit in foro exteriori, & quoad Ecclesiam, quia cum non sit probabile, ut animus iudicis spiritualis fiat, ut ad aliquid faciendum pro parvo munere sidcirco Ecclesia in his non iudicet simoniam committi; & ita loquitur textus in *d. cap. Etsi quaestiones*; sed apud Deum, qui cor videt, simonia est & in parvis. & magnis muneribus, si animus iudicis ex eis fleatur; & ita illum text. declarat S. Thomas in *4. dist. 25. q. 3. art. 3. ad 1.* Item simonia est etiam in parvis munusculis, ubicumq; appareat de intentione, & *Ex tua, de simon. ubi patet sex solidos*

lidos simoniam inducere, & *c. Iudicis, 11. q. 1.* ubi de quinque obolis: simile de furto *c. ult. 14. q. ult. & in sur. 4. c. Plerique, 1. q. 3.* & *c. Consulit de usuris.*

40 Ultimo nota in *ver. Licet autem*, simoniam mentalem habere ultorem solum Deum qui scrutator est cordium, & cognitor secretorum; non autem Ecclesiam, cui datum est de manifestis tantummodo iudicare, ut in textu, non autem de occultis, *c. Erubescant, 32. dist. 8. c. Proximo supra eod.* cum concord. de quibus ibi in glossa *fin.* & declarat S. Thomas in *2. 2. q. 100. art. 6. ad 6.*

42 In glossa *ult. Innoc. in ver. Culpatiles*, post multa concludit in his quae sunt prohibita, quia simoniaci, ut vendere Sacramenta, gratiam, & generaliter omnia, quae veteris, vel novi Testamenti auctoritate simonica iudicantur, solam voluntatem inducere vitium simoniae: in his verò quae prohibentur sola Constitutione Ecclesiae, ut renunciare praebendam ut alteri conferatur; licet sit peccatum, non tamen sufficere solam voluntatem ut faciat simoniacum: idem docuit glossa in *ver. Dimittite*, in *cap. Ex parte, il primo, de offi. deleg. & sequuntur hic Holt, ad finem, & Card. in 1. quest.*

Pondera haec dicta Innocentii, & ex his collige conclusiones.

43 Prima conclusio est, simoniam in beneficiabilibus, ut est vendere beneficium, seu illud resignare ad hoc ut alteri conferatur, non esse prohibitam jure divino, sed constitutione Ecclesiae; & ita esse ex genere illorum, quae non sunt prohibita quia simonica, sed simonica quia prohibita. Sed de veritate hujus conclusionis latè sumè dissertui in *c. Cum pridem, de pact. ubi videas in secunda, & tertia quest.*

44 Secunda conclusio est, simoniam mentalem non induci in simoniacis de jure ecclesiastico, sed tantum in simoniacis de jure divino; & idem tenet glossa Vincentii in *d. c. Ex parte il primo, in ver. Dimittite, de offi. deleg.*

Verum hæc conclusio à doctoribus non tenetur, quia sive simonia prohibita sit in jure divino, sive ecclesiastico; sicut pactum, vel conventio ut detur spirituale pro temporalis indistinctè inducit simoniam conventionalem; ita & mensandi, vel recipiendi indistinctè inducit simoniam mentalem: ad hoc *c. fin. inf. eod.* ubi peccatum simoniae mentalis per solam penitentiam aboletur, & textus loquitur indistinctè de omnibus spiritualibus, inducit ergo vitium simoniae mentalis si vitia spiritualia sunt de jure divino, sive ex constitutione Ecclesiae, ex quo textus aliter non distinguit, *c. si Romano, 10. dist. 8. c. Si dormierit, 31. q. 1.* & ita illum textum ad hoc ponderat Abb. *hic n. 5.* & sequuntur Marian. Socin. *n. 9.* & Felin. *n. 3.*

45 Conclude ergo quantum ad Deum, & forum conscientiae indistinctè per solam voluntatem, & deliberationem committi simoniam mentalem, ut per Sylvest. in *ver. Simonia, n. 5. ver. Quinò queritur*. Quantum verò ad Ecclesiam, & humanum iudicium nullus contrahit simoniam quacumque voluntate, nisi aliquid superaddatur, ut *hic, & in c. fin. infra eod.* id est nisi pactum inter cedat expressum vel tacitum, ut declarat Sylvest. *loco citato*. Ratio est quia quae in finibus nuda voluntatis consistunt, non subduntur ultioni Ecclesiae, quae non iudicat de occultis, *c. Christiana, 32. q. 5. & c. Si aut. il secundo, infra eod.* ita Marian. Socin. *supra in Prosp. Fagn. in 1. par. 5. lib. Decretal.*

*rubr. n. 5.* & vide quod dixi in *cap. Ex parte, il primo ad finem, de offi. deleg.*

De Simonia.

Cap. Mandato.

S Y M M A R I U M.

- 1 Blas venit appellatione Monachorum in materia indifferenti, & n. 4.
- 2 Simonia solo assensu animi non committitur, sed a quo d. to. vel recepto.
- 3 Dissimulandi potestas est late interpretanda, & n. seqq. usque ad n. 13 & n. 33.
- 4 Fallit in sex casibus, vt n. 10.
- 5 Beneficij nomen includit Reclotias, & dignitates, & n. 37.
- 6 Nisi obftet intentio scribentis propter alterius prauidicium, n. 7 & 42.
- 7 Inferioribus expressis adiecta clausula generali non veniunt superiores.
- 8 Officiare plures difficultus est, quam unum.
- 9 Dispensandi potestas est beneficium datum dispensanti, & non delinquenti, & ita late interpretatur.
- 10 Beneficium Praen. ipso est latissime inter pretandum.
- 11 Maior penitentiarius dispensat in occultis etiam si agatur de homicidio voluntario, & revalidat titulos beneficiorum.
- 12 Etiam in concursu obtentorum ab inhabiti ob censuram, vel ministracionem in censura, & n. 61 & 62.
- 13 Maior Penitentiarius an possit revalidare titulos parochialium extra concursum obtentorum, & n. 33. vsque ad n. 38.
- 14 Et an possit in quocumque casu revalidare titulos parochialium in concursu obtentorum non adiecta clausula, fiet postquam concurrentibus satis fecerit, & n. 38 vsque ad n. 65.
- 15 Et an id possit cum praescripta clausula, & n. 65. vsque ad n. 72.
- 16 Et an, & quomodo eadem clausula sit reduci debita ad proximum, & n. 72 usque in fin.
- 17 Parochialis Ecclesia ex iusticia est debita digniori inter probatos in concursu ab examinacionibus synodalibus, & n. 62 & seq.
- 18 Et postpositus potest appellare ab irrationabili iudicio Episcopi ex Bulla Pii V. & n. 27.
- 19 Appellandi ius non competit, nisi indebitè, & contra iustitiam gravato, & n. seqq.
- 20 Appellatio est provocacio iniqua sententia querelam continentis.
- 21 Et illius usus fuit inventus ad corrigendum iudicantium iniquitatem, vel imperitiam.
- 22 Parochialem impetrans in concursu tacendo suam inhabilitatem occultam, peccat contra iustitiam, & ad restitutionem tenetur, & n. seqq. vsque ad 33.
- 23 Damificans aliquem videtur ei auferre id, in quo ipsum damificavit.
- 24 Restituito est illius i. s. itie commutativa.
- 25 Penitentaria non curat de iure eventuali, & secundario, & n. 55.
- 26 Attendere non debemus quod si quis possit de facto, sed quod fieri debeat de iure.
- 27 Oppositori habentis qualitates requisitas competit ius consi-

- considerabile, ut ei liceat appellare a delegata.
- 39 Impedienti ne beneficium detur digniori in concursu, restituitur tenetur.
- 30 Impedienti ex iniusta causa ne prebenda detur ei, cui firmatum erat, ut daretur, tenetur ad restitutionem aequali.
- 31 Sed si impediatur ante quam firmatum sit, tenetur ad aliquam compensationem arbitria sapientia.
- 32 Damnitatis aliquem impediendo ne adipiscatur, quod erat in via habendi, tenetur aliquam recompensationem facere, secundum conditionem personarum, & negotiorum.
- 33 Dispensatio est odiosa, & stricte accipienda.
- 34 Dispensandi potestas super beneficiis extenditur etiam ad beneficia curata ubi de nullius preiudicio agitur. Alias secum, n. 41.
- 35 Beneficia conferendi facultas includit etiam curata.
- 36 Dispensandi potestas quando agitur de preiudicio alterius, quam deinceps concedenti, est odiosa, & restringenda.
- 40 Beneficii appellatione in materia odiosa, & restringit non venit curatum.
- 41 Princeps in suis concessionibus, & scriptis nunquam intendit ius alteri ledere.
- 42 Penitentiarum non solentur in quaestio derogare.
- 43 In revalidationibus titulum ante Concilium Tridentinum apponebat clausulam sine alicujus preiudicio.
- 44 Et fructus male perceptos condonat sine preiudicio illorum, quibus distributiones accrescere, vel non decrescere debent.
- 47 Interpretatio semper fieri debet exclusiva preiudicii tertii, etiam verba improprie.
- 48 Dispensandi potestas utrumque ampla, & exuberans non extenditur in preiudicium tertii sine derogatione regulae de iure quaestio non tollendo.
- 49 Maior Penitentiarum potestas revalidandi titulos beneficiorum an sit ex iure natura preiudicialis ad effectum, ut non intret regula de iure quaestio non tollendo.
- 50 Gratia sui natura preiudicialis non dicitur illa, qua frequenter praedicitur, sed illa, qua praedicitur semper, & per necessesse.
- 51 Parochiales Ecclesia in pluribus casibus hic velatis consecruntur sine forma examini per concursum.
- 52 Iura non adaptantur ad ea, qua semel sanctorum, aut hic contingere possunt.
- 53 Maior Penitentiarum potest legitime prolem, & condonare puelis violatis dotes obtentas a Confraternitatibus in preiudicium virginum.
- 54 Legitimitas proli facta post obitum parentum non praedicitur venientibus ab intestato.
- 56 Restitutio est priorum status reparatio.
- 57 Restitutio facta per Papam ubi aliud non exprimitur, intelligitur fieri sine iure preiudicio alieni.
- 58 Retroactio in gratiosis nunquam fit in preiudicium tertii, nisi aliud in literis exprimat, & num. seq.
- 59 Electio invalida ab occultam irregularitatem convalescat per dispensationem.
- 60 Nisi ante dispensationem alius fuerit canonice electus.
- 61 Maior Penitentiarum cur revalidet titulum beneficii in concursu obtenti: ab inchoata ex censura, vel illius violatione, non adiecta clausula, fiet postquam satisfecerit, & n. seq.

- 62 Revalidatio beneficii in concursu obtenti est sui natura preiudicialis.
- 63 Dispensandi potestas non extenditur etiam ex maiori ratione de uno casu ad alium sublata verborum significatione non comprehensum.
- 64 Irregularitas ex defectu dissimulatur, quam irregularitas ex in iustitiam in censura.
- 66 Restitutio non est necesse, ut procedat absolutio.
- 67 Data tempus non attenditur in mandato de dispensando, vel conferendo quoad habilitatem impetrantis.
- Habilitas sufficit quando potentia exprimitur ad actum, ibidem.
- 68 Restitutio dicitur facta qualitercumque satisfacta.
- 69 Clausula, quatenus non tollatur jus quorsum, reddit gratiam conditionalem, & sic est preiudicium gratia a principio est nulla, nec convalescit ex satisfactione subsequente.
- 70 Condizione purificata perinde est ac si dispositio a principio fuisse pura.
- 71 Clausula, sine alicujus preiudicio, in literis tacite subintelligitur, sed non facit gratiam conditionalem.
- 73 Restitutio a male proviso in concursu fieri potest competitoribus in multis casibus sine villo periculo detegendi delictum occultum.
- 74 Restituendi impotentia non extinguit substantiam obligationis, sed suspendit illius effectum in tempus quo impedimentum cessaverit.
- 75 Restitutio quibus faciendae sibi ab eo, qui in fraudem obtinuit beneficium in concursu.

**M**ANDATVM. Non summatum propter brevitate, & veritate lecturam, sed secundum Felin. sic summatum potest in materia indifferenti appellatione Monachorum venire Abbas: hoc primo simonia solo affectu animi non committitur, sed aliquo dato, vel recepto: hoc dicit secundum.

In textu ibi: Mandatum apostolicum etiam ad Abbates extendi. Nota ex hac litera potestatem dispensandi etiam late interpretandam; nam hic mandatum fuit alicui, ut dispenseret cum monachis, qui per simoniam monasterium sunt ingressi, nulla mentione habita de Abbatibus; & tamen hoc ad Abbates extenditur: nec mirum, quia Abbas monachus est, & sub constitutione penali de monachis loquente includitur, ut in c. & noniam supra eodem: tortus ergo in favorabilis, arg. l. Cum quidam ff. de libris, & postum, secundum Ioan. Andr. hic n. 3. Nec obstat, quod beneficii nomen non includat Rectorias, vel Dignitates, ut cap. fin. de preben. & c. Cum in illis, cod. tit. lib. 6. & expressis inferioribus adiecta clausula generali, non veniant Superiores, c. Sedes, de rescript. quoniam ut respondet Hostien. hic n. 4. consideranda est intentio scribentis, c. Super eo, c. de offi. deleg. cum suis concord, qua praevalent voci & scripturae, c. intelligencia, de verb. signific. fuit autem haec intentio Papae, ut tam Abbates, quam monachi salvarentur, & hoc respectu fit extensio, ut inquit Innoc. multum succincte. In contrariis vero fit restrictio, ne alii fiat praedictum, & ne impediatur electio. Nec obstat si dicatur etiam in simplici beneficio

beneficio fieri praedictum, tum quia non est praedictum tale, de quo multa possit conquiri, cap. dilectus, supra de offic. Legat. tum quia frequenter collatio simplicis beneficii consuevit ad unum spectare, electio vero ad plures: & difficilis est plures, quam unum offendere, cap. 2. de tempor. ordinat. tum quia illud non esset mandatum, si saltem simplex beneficium non includeret. Et ergo interpretandum, ut aliquid operetur, c. Si Abbas, de verb. signific. cap. in his, de privileg. & eodem modo responderetur ad cap. Sedis de rescript. secundum Holt. vel potest dici secundum Io. Andr. n. 2. in su. hanc potestatem dispensandi fuisse beneficium datum dispensanti, non delinquentibus; quod patet quia de illis nulla fuit facta nominatio, & ideo largius interpretatur, facit cap. Si cur. de preben. lib. 6. Sonit ergo Io. Andr. dispensationem ipsam, quae datur delinquentibus, tanquam odiosam esse restringendam, sed potestatem dispensandi, quae datur ipsi dispensanti, esse large interpretandam; & concordant alii inferius citandi n. 33.

Adverte tamen quia haec conclusio non videtur hic plene probari, quia ex mandato Papae non fuit concessa Episcopo nova potestas ad dispensandum cum monachis immo ante receptis, sed tantum excitata potestas ordinaria eidem concessa per Concilium generale in cap. Quoniam supra eod. ut patet ex hac litera ibi, secundum Constitutionem generalis Concilii dispensare. Unde haec Decretalis nihil videtur probare de commissione, sed tantum de potestate ordinaria dispensandi a iure concessa, prout animadvertunt Aretin. in l. 2. in prime. n. 1. ff. de ver. obligat. Fortunius in l. Galus, §. Et quid sit tantum, an. 150. ff. de lib. & posth. Navar. in commen. huius cap. n. 3. Covar. in 4. Decretal. in 2. p. c. 2. §. 8. n. 9. qui etiam advertit de hac ordinaria potestate ad dispensandum loqui cap. Per venerabilem, supra qui si sit legit. dum probat potestatem dispensandi circa maiora extendi etiam ad minora.

Sed potest responderi hanc Decretalem non fuisse directam Episcopo, nam ex praescriptione hoc non apparet, nec colligitur ex dispositiva sed tantum dicitur, mandato nostro recepto ut dispenseret: & gloss. infiguratione casus dicit Quidam recepti in mandatu a Papa, & gloss. secunda similiter dicit, mandatum fuit alicui ut dispenseret: nec exprimit de Episcopo: ergo ille fuit delegatus a Papa. Nec refrangantur illa verba, secundum Constitutionem generalis Concilii, quia non referuntur ad potestatem, sed ad modum: unde sensus non est ut dispenseret iuxta facultatem, quam habet a Concilio, sed iuxta formam, & modum a Concilio praescriptum; & hoc sentit mandatum illud non fuit excitatum iurisdictionis ordinariae, iuxta text. in cap. Licet in corrigenda, supra de offic. Ordinat. sed fuit collativum potestatis delegatae; & sic text. bene probat conclusionem quod potestas dispensandi est favorabilis, & late interpretanda, quia est liberalitas, & beneficium Principis nulli noxium, quod largissime interpretatur l. fin. ff. de Constitut. primo cap. Olim in 2. de verbor. signific. cap. Cum dilectus in fin. supra de donat. quia in beneficiis, ut ibi dicitur, plena est interpretatio faciendae; & hic notat gloss. 2. Io. Andr. n. 7. Felin. n. 7. dicens ad hoc semper allegari hoc cap. iuxta intellectum Io. Andr.

Hanc conclusionem limita quinque modis, quos

hic profequitur idem Felin. n. 7. Primo scilicet, dummodo militet eadem ratio. Secundo praeterquam in causa cognitione. Tertio, nisi nominetur persona, cum qua est dispensandum. Quarto, ut non extendatur ad defectus iure naturali ductos, Quinto, nisi larga inter pretatio ellet contra consuetudinem approbatam. Adde sextam limitationem, quando ex lata interpretatione fieret praedictum tertio; de quo dic, ut tetigi supra n. 7. & dicam plenius in quaest. seq.

Posito viva voci oraculo Gregorii XV. quod tribuit facultas Majori Penitentiarum dispensandi in occultis sine relatione faciendae Sua Sanctitati etiam in casibus, in quibus ex Bulla Pii V. reformationis officii Penitentiarum est alloquendus Summus Pontifex, etiam quod agatur de homicidio voluntario, & de revalidatione titulum beneficiorum.

Item posito alio oraculo Pauli V. quod eidem Penitentiarum conceditur, ut possit in occultis covalidare titulos beneficiorum in casu, quo de ea beneficia fuerint obtenta in concursu, quando tamen inhabilitas provenit ex aliqua censura, vel quia illis irretitus impetrans militavit.

Dubatur primo, An in in quocumque casu Major Penitentiarum possit in occultis revalidare titulos parochialium Ecclesiarum extra concursum obtentum, puta ex permutatione, aut re-signatione ubi de nullius praedictio agitur.

Secundo, An cum inhabili aliter, quam ex censura, vel in iustitiam in censura, qui in fraudem obtinuit beneficium in concursu, possit Major Penitentiarum dispensare eius titulum revalidare non adiecta clausula formularii, sicut postquam concurrentibus satisfecerit, vel cum eis concordaverit.

Tertio, An possit huiusmodi titulum revalidare cum praescripta clausula.

Quarto, An, & quomodo eadem clausula sit reducibilis ad praxim.

Ad evidentiam praemittendum est parochialem Ecclesiam, ex iustitia esse debitam digniori inter probatos in concursu ab examinatis synodalibus, quia Concilium Tridentinum l. 24. de reformat. c. 18. v. Peracta, praecipit ut eidem digniori, & non alteri collatio Ecclesiae fiat: & ex Bulla 33 Pii V. In conferendis, §. 7. magis idoneus postpositus potest appellare a mala Episcopice electione, & provocare electum ad novum examen, & constitutio de Episcopo irrationabili iudicio parochialis eidem postposito est conferenda. Et Sacra Congregatio Concilii meo tempore multoties vocavit currentes Romam an novum examen subeundum, ius autem appellandi non competit, nisi indebitum, & contra iustitiam gravato, l. 1. ff. de offic. testam. c. Non solum, 2. q. 6. c. Super eo, de offic. deleg. cum appellatio fit provocatio iniquae electionis, quae iam continens, l.

Practica, ff. de minor. gloss. Vnta in c. 1. 2. q. 6. Et illius usus fuit inventus ad corrigendam iudicantium iniquitatem, vel imperitiam, l. 1. in prime. de appellat. & ne appellans maneat oppressus indebitum, c. Suggestum, & c. Cui specialis, §. Torres sup. appell. Præpos. in rubrica, cod. tit. n. 15. & 18. Ex quo necessario sequitur, ut praelectus ab Episcopo in concursu, qui per fraude tacendo occultam suam inhabilitatem, & fingendo se capere praeripuit parochialem magis idoneo, peccaverit contra iustitiam



voluntario, simonia scilicet contracta, & publicis criminibus, super quibus voluit Romanum Pontificem esse consulendum a Maiore Penitentiario, ut legitur in Bulla sac. proinde revalidandi facultas propter illa verba oraculi nequaquam extendi potest ad parochiales in concursu obtentas in praedictis concurrentium.

48 Sed et verba oraculi essent universalis, & praegnantias nihilominus non extenderentur ad tollendum jus alteri quod sine derogatione regulae, quia ut formaliter dixit Rota apud Cardinalem Seraph. de off. 1082, n. 6. & seqq. (Papa non censetur velle iuri alterius derogare quibusque utatur verbis, & clausulis, nisi expresse deroget regulae; imo nulla alia formula potest introduci, per quam possit dici constare de mente Papae volentis tertio praedictare, nisi faciat regulam mentionem, quia protestatio, quam Papa facit in regula tollit eius consentum, & voluntatem ab actu gerendo, ubi ei non derogatur.) Haec tenent verba decisionis: & ita prius dixerat Sarnen, in *promissio regula*, q. 5, n. 3. & tenuit Rota in *Bergen, iuris apelendi* coram Casare de Grassis, 70. Iunii 1775, quae habetur in *tit. de rescriptis, de 9.*

Superest nunc, ut satisfiat nonnullis difficultatibus, quae in contrarium excitantur.

49 Opponitur enim primo quod facultas revalidandi titulos parochialium sit praedictialis ex sui natura, quia parochiales ut plurimum conferuntur praevia forma examinis per concursum a Concilio Tridentino praescripta; & iura adaptantur ad ea, quae frequenter accidunt, non quae raro, *Nam ad ea, ff. de leg. in gratia* autem sui naturae praedictialis non requiritur derogatio regulae de iure quae non tollit, Rot. de off. 15, in fin. de off. de leg. & de off. 6, de caus. poss. & proprias in novis, & in recent. de off. 174, n. 2 & 3, p. 1. Seraph. de 702, n. 4, & de off. 1445, n. 6, & alii passim.

At respondetur hanc theoricam non applicari casui nostro duplici ratione. Prima est, quia in oraculo Gregorii IV, non legitur facultas revalidandi titulos parochialium, sed tantummodo revalidandi titulos beneficiorum. Haec autem facultas quando agitur de praedictio tertii, non extenditur ad beneficia curata, ut clare ostensum est supra n. 39, nemo autem dixerit facultatem conferendi beneficia non curata, quae per concursum non conferuntur, esse praedictialem ex sui natura, cum potius nemini praedictium asserat. Secunda ratio est, quia dato, & non concessio, quod in praedictio oraculo explicite contineretur facultas revalidandi titulos parochialium; nihilominus haec gratia non esset dicitur praedictialis ex sui natura: quandoquidem gratia sui naturae praedictialis non dicitur illa, quae frequenter praedictialis, sed illa tantum, quae naturaliter, & intrinsece implicat praedictium, & quae semper praedictat, & perneceesse, ita ut sola gratia secum asserat praedictium in necessariam consequentiam, ut in exemptione a decimis in exemptione a iurisdictione, in derogatione, & commutatione ultimarum voluntatis, in dismembratione, unione, & consimilibus, in quibus Papa ex sola gratia intelligit praedictium; & de illius potestate dubitari non possit; & de voluntate constat ex natura ipsius gratiae, merito non requiritur derogatio regulae, ut egregie declarat Rota in *Bononiens. usufructum*, 23. Martii 1625, vers. *Non obstat quod haec*

gratia, coram Coccino, & in recent. de off. 11, n. 25, p. 6, & de off. 17, n. 1, p. 1, Callador, de off. 1, de privileg. Seraph. de off. 1445, n. 6, & de off. 702. At revalidatio tituli parochialium non est huiusmodi, quia plurimi sunt casus, in quibus parochiales conferuntur absque forma examinis per concursum, scilicet in resignationibus, in permutationibus, in parochialibus ad Papam devolutis, in parochialibus unitis, in parochialibus regularibus, in parochialibus iurispatronatus laicorum: item in parochialibus, quae quotidie in Dataria impetrantur certo modo, puta ob non factas publicationes, ob non servatam formam examinis per concursum, ob non factam dimissionem iuxta Extravag. *Execrabilis*, ob non delationem habitus, & consuevit propter haec, propter simoniam, & in aliis pluribus. Quae casus omnes si in unum versum conferantur cum illis, in quibus requiritur concursus absque dubio frequentiores apparebunt, & consequenter non applicatur regula dicitur. *Nam ad ea, ff. de legib.* quia facultas revalidandi titulos parochialium intelligenda est de parochialibus, quae conferuntur sine concursu, quod frequentissime accidit; & sic huiusmodi facultas non est sui naturae praedictialis: & eo magis quia textus in d. l. *Nam ad ea*, intelligitur de his, quae semel tantum, aut bis possunt contingere, ut patet ex l. *leg. ubi dicitur*: Quae vero semel, aut bis accidunt, continentur legiflatore, & in l. *intra, ff. eod. dicitur*: jura ex iis, quae forte uno aliquo casu accidere possunt, non constituntur, & glossa in l. *Ex iis, eod. tit. ponit exemplum de Lazaro* resuscitato; & ita haec iura declarat Albericus in l. *Si maior, Cod. de legitimis hereditatibus*. At Parochiales Ecclesiae sine concursu non semel tantum, aut bis, sed frequentissime conferuntur, ut dictum est; & ideo facultas revalidandi hos titulos non apparet quomodo dici possit sui naturae praedictialis ex regula d. l. *Nam ad ea*, quae tamen dicta sunt ex abundantia, quia in oraculo Gregorii non continetur haec facultas revalidandi titulos parochialium, nisi per extensionem, quae quidem extensio fieri non potest quando agitur de praedictio tertii, ut ex dictis constat.

52 Non est sui naturae praedictialis: & eo magis quia textus in d. l. *Nam ad ea*, intelligitur de his, quae semel tantum, aut bis possunt contingere, ut patet ex l. *leg. ubi dicitur*: Quae vero semel, aut bis accidunt, continentur legiflatore, & in l. *intra, ff. eod. dicitur*: jura ex iis, quae forte uno aliquo casu accidere possunt, non constituntur, & glossa in l. *Ex iis, eod. tit. ponit exemplum de Lazaro* resuscitato; & ita haec iura declarat Albericus in l. *Si maior, Cod. de legitimis hereditatibus*. At Parochiales Ecclesiae sine concursu non semel tantum, aut bis, sed frequentissime conferuntur, ut dictum est; & ideo facultas revalidandi hos titulos non apparet quomodo dici possit sui naturae praedictialis ex regula d. l. *Nam ad ea*, quae tamen dicta sunt ex abundantia, quia in oraculo Gregorii non continetur haec facultas revalidandi titulos parochialium, nisi per extensionem, quae quidem extensio fieri non potest quando agitur de praedictio tertii, ut ex dictis constat.

53 Opponitur secundo, Penitentiaria dispensat in matrimonio contracto cum legitimatione proles in praedictio legitimum, & venientium ab intestato. Item condonat puellis violatis dotes obtentas a Cognatibus cum praedictio virginum. Cur ergo similiter non convalidat titulos parochialium in praedictio concurrentium? At facilis est responsio, quia in praedictis duobus casibus Penitentiaria expressam habet facultatem a Summo Pontifice: nam quoad legitimationem proles habet oraculum Gregorii XIV, §. 2. & quoad condonationem dorum habet oraculum Pauli V, de Mensis Martii 1617. & cum haec facultates ex sui natura videantur praedictiales, quia non potest legitimari proles, quin fiat aliquod praedictio venientibus ab intestato, nec possunt condonari dotes puellis corruptis, quin praedictio virginibus: ut quae Papa censetur voluisse tertio praedictare, & sic non intrat regula de *irregularitatibus, non toll.* At fecus est in revalidatione tituli beneficiorum, quia haec facultas potest verificari in beneficiis non curatis, vel etiam curatis extra concursum obtentis, in quibus nulli sit praedictio, ut jam diximus.

54 Per terea secundum opinionem quae verissima est, & communiter tenetur, legitimatio proles non praedictat agnatis quando sit facta post obitum parentum; & sic quando sit jus quodlibet venientibus ab intestato, ut tenent communiter Canonice in c. *Per venerabilem*, & *ut hinc sit legit.* ubi in specie Butr. n. 13. & alii supracitati nu. 39. Bald. conf. 361, num. 2, vers. *Sea quidquid sit l. 5.*

55 Quod si legitimatio fiat ante obitum parentum, tunc jus venientium ab intestato est omnino incertum, & eventuale, quia fieri potest, ut praecedant parentibus, vel ut parentes faciant testamentum. Et ideo dicendum de virginibus quoad dotes, quoniam jus est profuturum incertum, & eventuum, de quo non curat S. Penitentiaria, ut inquit Sarnen, supracitatus n. 25, at jus, quod habet magis idoneus in concursu ad parochiam Ecclesiae licet certum, & primum, ut initio ostendimus, & ideo haec similia ad rem non pertinent.

56 Opponitur tertio, quando Princeps abstergit maculam restituendo aliquem ad famam, vel ad bona, tunc non consideratur praedictio tertii, quia restituitur est prior facta reparatio, & restituitur in pristinum jus recedit, arg. c. *Sanctissimum*, & cap. *Inter alios*, q. 6, & c. *Quia diligenter*, de elec. & cap. *Si quem*, in fin. 2, q. 3, c. 1, c. de sent. *pass.* Ergo hinc tenentur Major Penitentiarius auctoritate Apostolica dispensat super irregularitate abstergendo maculam per dispensationem, sic restituitur in primum statum, nec habetur ratio praedictio alieni.

57 Sed hanc objectionem solvit, text. rotundus in cap. *Quoniam* de rescriptis, lib. 6, ubi est expressum, quod restituitur facta per Papam nihil operatur in praedictio eius, cui ante restitutionem fuit jus quodlibet; nec fit retrotractio ad primum tempus, quia, ut ibi dicitur, talis restituitio, ubi aliud non exprimitur, intelligitur fieri sine iuris praedictio alieni: & ita ibi est casus secundum Jo. Andr. Anchir. Gemin. Franc. & omnes in *sum. textus*, & firmant Abb. in cap. 1, in *primis* not. de *Paro. h. Oldrad.* conf. 325, n. 8, vers. *Per alios*, Feder. de Sen. conf. 26, n. 2, vers. *Item ex illis*, plene Callillion. conf. 8, per totum, maximè n. 9. Fulgol. conf. 143, per totum Socin. Senior conf. 32, n. 23, lib. 1.

58 Ioan. de Anania conf. 32, n. 6, generaliter enim in gratis nunquam fit retrotractio in praedictio iuris tertio quodlibet, nisi in litteris hoc exprimat, ut in gratia Perinde valere, d. c. *Quamvis*, & cap. *Si pro te*: ubi text. optimus, de rescriptis, lib. 6, & ibi plene Gemin.

59 Et hinc fit, si dispensetur cum illegitimo, vel irregulari in concursu, quamvis convalidetur electio de ipso per Capitulum celebrata, quia per dispensationem nomina reformantur, ut post Innoc. & Hostien. notat Abb. in cap. *Nihil*, de *elect.*

60 Nam tamen si medio tempore alius fuerit electus, licet postea per dispensationem macula sit libellata, nihilominus dispensatio non retrotrahitur ad tempus prioris electionis in praedictio secundi electi, ut determinat Innoc. in cap. *Dudum*, in *primis* in fine de *elect.* Speculator in *tit. de abolit. & purgati*, §. *Nunc de Episcoporum dispensatione*, vers. *Sed post hanc rem non sumus*, &c. quos tenent, & sequitur Archidiaconus in cap. *Si quae de minoribus*, in fin. 50, dist. 1. Alia plura exempla, in quibus non fit retrotractio in praedictio iuris tertio quodlibet, con-

gerit Cardin. conf. 105, a n. 9, vers. *In contrarium*.  
61 Opponitur quarto, quando Penitentiaria revalidat titulos parochialium in concursu quoad inhabiles ex centura, vel centura violatione non apponit illam clausulam, & ei postquam satisfecerit, &c. ergo longe minus debet illam apponere quoad inhabiles ex alii defectibus, nam inhabilitas ex centura, vel illius violatione cum peccato contrahitur cap. *Nemo Episcoporum*, n. 9, & infra de *elect. excom. n. 11, per totum*: inhabilitas vero ex aliis defectibus multoties contingit sine ulla culpa, ut in regularitas ex defectu lenitatis, ex defectu natalium, ex bigamia, & huiusmodi; unde absque videtur ut durius agatur cum his, qui culpa vacant, & sunt potius digni majori indulgentia.

62 Verum haec difficultas facile solvitur, quoniam in primo casu idcirco Penitentiaria non apponit illam clausulam, quia specialem habet facultatem ex oraculo Pauli V. revalidandi titulos in concursu quantum ad inhabiles ex centura, vel violatione centurae, & cum haec facultas ex sui natura sit praedictialis, & Papa nullo modo potest praedictio ex tota gratia, quia non potest revalidari titulus beneficii in concursu ubi ob eam, quin fiat praedictio competitoribus: merito Papa censetur voluisse illis praedictare, & consequenter in eo casu non debet apponi illa clausula, sic postquam prout etiam servat Dataria. At secundo est quando inhabilitas provenit ex aliis defectibus; quia tunc non reperitur data expressa facultas revalidandi titulos parochialium in concursu, & ideo necessaria est illa clausula exclusivae praedictio competitorum.

Et hinc sumitur validissimum fundamentum pro hac sententia: nam cum bon. mem. Cardin. Burghesius tunc Major Penitentiarius petisset a Summo Pontifice avunculo suo facultatem revalidandi titulos parochialium in concursu obtentorum in quocumque casu, Sanctitas Sua non ita generaliter hanc facultatem impertiri, sed ea concessit, & quidem maxima cum difficultate in solo casu inhabilitatis ex centura, vel mutatione in centura; in aliis vero casibus expressè illam denegavit, ut attestatur qui haec de re cum Pontifice egerunt: unde necesse est quae securitas e concientiae nos possimus facultatem sic limitatam extendere ad inhabilitates ex alio delicto, vel defectu provenientes.

Nec dicatur hoc indultum fuisse impetratum per errorem, eo quod Cardinali Burghesius non crederet se habere hanc facultatem revalidandi titulos beneficiorum in concursu obtentorum: imo enim hanc facultatem non habebat, ut clare ostensum est supra; & ideo eam petendo non erravit, & sane absque videtur sentire ter viros doctrina, & prudentia insignes, qui tunc temporis erant in Praetorio S. Penitentiariae, & de quorum consilio, & assensu negotium fuit gestum, in re tam gravi turpiter hallucinatos fuisse: nam ut peccat ignorare jus, in quo quis versatur dicit textus in l. 2. *Servius*, ff. de *origin. iur.* & eo magis, quia facultas revalidandi titulos beneficiorum fundatur tota in oraculo Gregorii XIV, & incredibile est tantos viros non intellexisse vixi praedictio oraculi.

Ad ponderationem vero, quod maior sit ratio revalidandi sine praedictio clausula titulos beneficiorum in concursu obtentorum, ubi inhabilitas proveniat

veniat ex defectu, quam si proveniat ex censuris, vel violatione censurarum. Respondetur facultatem dispensandi in uno casu non extendi ad alium, subiacia verborum significatione non comprehensum, etiam si in illo sit major ratio, quam in expresso, Felin. hic n. 8, in prim. limit. Gambar. de auctor. Legat. tit. 1. n. 203. quod pluribus exemplis confirmat Navar. in manuali cap. 27. nu. 275. quia exorbitantia à jure communi non sunt extendenda de uno ad aliud, cap. Quia à jure, de regul. jur. lib. 6. Feder. de Sen. conf. 17. n. 4. vers. Non obstant contrariis, Navar. d. n. 275. vers. 36.

64 Præterea consideratio peccati, de qua supra, non est bona, quia sedes Apostolica difficiliter dispensat in irregularitatibus ex defectu, quæ sine peccato contrahuntur, puta cum bigamis, cum spuris, seu adulterinis, & cum corpore viatis, quàm super inhabilitate ex censura. vel censura violationis, quæ cum peccato contrahitur, ut practici norunt: & differentia fortè provenit ex celeritate, & frequentia incurrendi censuras obillarum multitudinem: ideoque usu receptum est, ut in omnibus literis gratiæ apponatur clausula absolventis à censuris: quare non sine rationabili causa Paulus V. fuit promptior ad concedendam facultatem revalidandi titulos beneficiorum in concursu obtentorum ab inhabilibus propter censuram, vel illius violationem, quàm propter alias irregularitates, quæ rarius contrahuntur, & difficiliter tolluntur.

Ex quibus constat prædictam clausulam, si postquam, esse omnino apponendam quoties conceditur revalidatio extra casum censuræ, vel violationis censuræ: & quamvis hoc modo non nihil recedamus à formulario in quo semper, & indistinctè memorata clausula apponebatur. Nos verò modo eam apponimus, modo non apponimus: tamen hanc differentiam post oraculum Pauli V. facimus rationabiliter, quia in casu censuræ &c. habemus facultatem præjudicandi concurrentibus & ideo dictam clausulam non apponimus: in aliis vero casibus hanc facultatem non habemus; & ideo illam apponimus: facius autem est recedere à formulario in parte modo dictam clausulam apponendo, modò non apponendo, quàm recedere in totum nunquam eam apponendo, sicut patet ad sensum.

65 Ad tertium dubium respondendum videtur Majorem Penitentiarium habere facultatem revalidandi titulos parochialium in concursu obtentorum, dum modo apponat prædictam clausulam, si postquam. Ratio est evidens, quia facultas revalidandi titulos beneficiorum, quam habet à Gregorio XIV. tamquam favorabilis extenditur etiam ad beneficia futura, ubi non agitur de præjudicio tertii, ut ex Gemin. Felin. & aliis ostensum est in primo dubio: quando autem cum prædicta clausula revalidatur titulus beneficii curati in concursu obtenti, nulli sit præjudicium.

66 Quod ut clarius appareat, observandum est accuratè prænominatam clausulam bis apponi in formula revalidationis hujusmodi, ut patet in formulario in rubrica. A mala promotione antea tatem, & à mala provisione, fol. 13. Primò enim apponitur in ea parte, in qua datur absolutio à peccato, vel censura: & tunc apponitur his verbis: Quod que illi, qui in ipse in concursu per fraudem sic exaltatus fuit, satisfaciatur, & vel cum eis concordetur: &

hoc ideo fit, quia non est necesse, ut restitutio præcedat absolutionem, sed factis est, ut ante absolutionem penitens se obliget ad restitutionem quamprimum poterit, ut post Hostien. Archid. & lo. Andr. notat Feder. de Senis conf. 18. n. 4. vers. Super hoc. Deinde apponitur hæc clausula in alia parte, in qua datur revalidatio tituli, & tunc reperitur concepta per hæc formalia verba: Si postquam prædictum satisfecerit, vel cum eis concordaverit, ut præsertim dictam parochialem Ecclesiam retinere licite valeat misericorditer dispensari mandare dignemini, &c. Et in hoc secundo casu satisfactio debet omnino præcedere dispensationem, ut evidenter demonstrant illa verba, si postquam. Unde cum tempore dispensationis, quæ conceditur à Confessario vigore literarum Apostolicarum Majoris Penitentiarum jam cessaverit præjudicium concurrentium, eo quod jam fuerit eis satisfactum, vel cum ipsis concordatum: ambigi non potest de validitate dispensationis, & revalidationis: de qualitate enim concursus non est faciendum mentio in gratia, nisi propter præjudicium concurrentium, cum hæc qualitas non sit de his, quæ de jure sunt exprimenda in impetratione, secundum ea quæ notat glos. in cap. Super literis, in verb. Literarum dedissemus, de rescript. unde cum ante perfectionem gratiæ jam cessaverit præjudicium, impetratio, seu revalidatio sustinetur: nam in mandatis de dispensando, conferendo, & similibus quoad habilitatem impetantis, cessante subreptione, non attenditur tempus datæ literarum, sed tempus executionis, ut cap. In cui, de preben. lib. 6. & cap. Et est, eod. tit. & libro, ubi est casus secundum Abb. in cap. Dilectus, & ille secundo, n. 7. supra de preben. satis enim est, ut sit habilis persona, quando potentia explicatur ad actum, ut ait in d. c. In cui, lo. Andr. in glos. Ad viciniam, in ver. Dimittat, Felin. post alios in cap. Eam te, n. 12. in prima fall. de rescript. Id quod aliquibus exemplis manifestum apparebit: Finge enim ante executionem literarum revalidationis competitorum ressele mortuos, vel aliud beneficium incompatibile affectos, ut religionem professos: profectò his casibus nemo negaverit Confessorem in vim literarum Majoris Penitentiarum posse revalidare titulum parochialis utcumque obtentæ in concursu, quia ante illarum executionem omnis ratio concursus evanescit: Ergo idem dicendum quando ante dispensationem, & revalidationem lator satisfecerit concurrentibus, vel cum eis concordaverit: cessat enim omne præjudicium, quia nemo videtur fraudare eos, qui sciunt, & consentiunt, l. Nemo videtur fraudare, ff. de regul. jur. l. Cum donationis, c. De transact. l. 1. §. Vique adeo, ff. de iniur. & qualitercumque satisfacti, dicitur facta restitutio, l. Item liberatus, in prin. ff. Quibus modò piguus, vel hypoth. sol. l. Item satisfactum, ff. de accusat. glos. in regula Peccatum, in ver. Restituitur, lib. 6.

67 Et ex hoc patet responso ad doctrinam Gomefii super regula de iure quas. non toll. q. 1. n. 41. vers. Postremo pro complemento; quod clausula, Quatenus non tollatur tui questum, reddat gratiam conditionalem; & ideo stante præjudicio, gratia fit ab initio invalida, nec convalescat ex eo quod postea satisfacti damnum passo.

68 Etenim hæc doctrina est in se vera, sed casui nostro non applicatur duplici ratione. Primò, quia ante-

antequam Confessarius exequatur litteras Penitentiarum, & revalidet titulum parochialis, jam reperitur sublatum præjudicium, cum jam fuerit satisfactum concurrentibus, vel cum eis concordatum vigore dictæ clausulæ: Si postquam: ergo clausula, ibi: Conditione expleta, pro eo est, quasi purè et hæreditas, vel legatum relictum sit, ff. de condit. institut. & notat Bald. in d. l. Cum in testamento, in fin. Cod. de mandatis. testam. Dec. conf. 551. num. 7. & conf. 629. n. 4. Socin junior conf. 60. num. 4. lib. 3.

71 Deinde doctrina Gomefii non applicatur, quia in facultate Majoris Penitentiarum revalidandi titulos beneficiorum non habetur illa clausula, Quatenus non tollatur, &c. nec tacite subintelligitur, sed bene intelligitur clausula, Si in alio præjudicio; quæ tamen non facit gratiam conditionalem, & ideo gratia valet ab initio, cum obligatione tamen satisfaciendi damnum passo, ut declarat idem Gomef. ubi supra, & Rebus, in practi. benef. in forma nova provisionis, vers. Dummodo temporè: alioquin si prædicta clausula, Quatenus, &c. semper subintelligeretur, omnis gratia esset conditionalis, & dispensationes, & absolutiones, quas passim concedit Penitentiarium cum obligatione satisfaciendi parti lætæ tamquam conditionales essent invalidæ ab initio, nec convalescerentur per satisfactionem subsequenter: quod quam sit absurdum asserere, nemo non videt.

72 Ad quartum, & ultimum dubium dicimus non pertinere ad Penitentiarium officium indicare, vel præscribere modos, quibus tunc possit satisfieri concurrentibus, vel cum eis concordari: hoc enim est manus providi, & discreti Confessoris, qui pro loco, tempore, & casu diversitate suo ingenio, ac prudentia adhibere debet aptiora media quibus consistunt esse possit securitati, penitentis, & indemnitati concurrentibus, ut in cap. Omnia virtus quo, §. Sacerdos, de penit. & remiss. Et hujusmodi modos recensere in abstracto, nimis esset longum, & laboriosum, ne dicam impossibile Sed nihilominus quia difficultas exequendi prædictam clausulam, si postquam, &c. restringitur ad duo capita, videlicet ad periculum manifestandi delictum, & ad incertitudinem personarum, quibus satisfieri oportet: ostendendum nobis erit naturam ex his difficultatibus impedimento esse, quod minus dicta clausula ad practicam deduci possit.

73 Et quidem quod spectat ad periculum, ne crimini occultum detegatur, animadvertendum est plurimos esse casus, in quibus hujusmodi periculum non subest, videlicet in omnibus irregularitatibus, & inhabilitatibus, quæ sine peccato contrahuntur, puta ex defectu lenitatis, ex bigamia, ex defectu natalium, ex homicidio pro defensione patris vel parentum, aut in bello iusto, maxime contra inimicos fidei & consimilibus Unde in his casibus, cum nullum sit delictum, consequenter nullum erit periculum detegendi turpitudinem propriam, ac proinde palam, & publicè poterit satisfieri competitoribus, vel cum eis concordari, ut de se patet. In aliis verò irregularitatibus

antequam Confessarius exequatur litteras Penitentiarum, & revalidet titulum parochialis, jam reperitur sublatum præjudicium, cum jam fuerit satisfactum concurrentibus, vel cum eis concordatum vigore dictæ clausulæ: Si postquam: ergo clausula, ibi: Conditione expleta, pro eo est, quasi purè et hæreditas, vel legatum relictum sit, ff. de condit. institut. & notat Bald. in d. l. Cum in testamento, in fin. Cod. de mandatis. testam. Dec. conf. 551. num. 7. & conf. 629. n. 4. Socin junior conf. 60. num. 4. lib. 3.

71 Deinde doctrina Gomefii non applicatur, quia in facultate Majoris Penitentiarum revalidandi titulos beneficiorum non habetur illa clausula, Quatenus non tollatur, &c. nec tacite subintelligitur, sed bene intelligitur clausula, Si in alio præjudicio; quæ tamen non facit gratiam conditionalem, & ideo gratia valet ab initio, cum obligatione tamen satisfaciendi damnum passo, ut declarat idem Gomef. ubi supra, & Rebus, in practi. benef. in forma nova provisionis, vers. Dummodo temporè: alioquin si prædicta clausula, Quatenus, &c. semper subintelligeretur, omnis gratia esset conditionalis, & dispensationes, & absolutiones, quas passim concedit Penitentiarium cum obligatione satisfaciendi parti lætæ tamquam conditionales essent invalidæ ab initio, nec convalescerentur per satisfactionem subsequenter: quod quam sit absurdum asserere, nemo non videt.

72 Ad quartum, & ultimum dubium dicimus non pertinere ad Penitentiarium officium indicare, vel præscribere modos, quibus tunc possit satisfieri concurrentibus, vel cum eis concordari: hoc enim est manus providi, & discreti Confessoris, qui pro loco, tempore, & casu diversitate suo ingenio, ac prudentia adhibere debet aptiora media quibus consistunt esse possit securitati, penitentis, & indemnitati concurrentibus, ut in cap. Omnia virtus quo, §. Sacerdos, de penit. & remiss. Et hujusmodi modos recensere in abstracto, nimis esset longum, & laboriosum, ne dicam impossibile Sed nihilominus quia difficultas exequendi prædictam clausulam, si postquam, &c. restringitur ad duo capita, videlicet ad periculum manifestandi delictum, & ad incertitudinem personarum, quibus satisfieri oportet: ostendendum nobis erit naturam ex his difficultatibus impedimento esse, quod minus dicta clausula ad practicam deduci possit.

73 Et quidem quod spectat ad periculum, ne crimini occultum detegatur, animadvertendum est plurimos esse casus, in quibus hujusmodi periculum non subest, videlicet in omnibus irregularitatibus, & inhabilitatibus, quæ sine peccato contrahuntur, puta ex defectu lenitatis, ex bigamia, ex defectu natalium, ex homicidio pro defensione patris vel parentum, aut in bello iusto, maxime contra inimicos fidei & consimilibus Unde in his casibus, cum nullum sit delictum, consequenter nullum erit periculum detegendi turpitudinem propriam, ac proinde palam, & publicè poterit satisfieri competitoribus, vel cum eis concordari, ut de se patet. In aliis verò irregularitatibus

Prop. Fagn. in 1. par. 5. lib. Decretal.

ex delicto, si quidem loquamur de illa, quæ incurritur ex levissima culpa per homicidium casuales similiter cessat omnis difficultas, quia non ea continet turpitudinem, quæ deterrere ab illius manifestatione, ut plurimis exemplis congestis à Marian. Socin. in c. Ad audientiam, de homicidio Sed si agatur de irregularitate ex homicidio voluntario, de quo in loco nulla prius habetur notitia, puta ex abortu occulto, vel quia ab omnibus creditur mortuus naturaliter is, qui veneno necatus fuit: utique ex satisfactioe vel concordia cum competitoribus nulla poterit oriri suspicio perpetrati delicti, quod prius ignoratur.

Præterea etiam in casu, in quo homicidium esset publicum, & nuper commissum, & in eodem loco, non deessent modi prudentiales satisfaciendi competitoribus.

74 Sed esto daretur aliquis casus, in quo nulla ratione provisos pollet satisfacere competitoribus absque eo, quod scriptum proderet nihilominus non esset liberatus à restitutione, quia impedimentum, vel impotentia restituendi non extinguit substantiam obligationis, sed suspendit illius effectum in tempus quo impedimentum cessaverit, & ita civilis, & naturalis obligatio remanet sed est inefficax durante impedimento: hic est text. in cap. Odoardo, de solut. & ibi glos. ultima, Hostien. num. 3. lo. Andr. num. 6. Butr. in 1. notab. c. n. 3. c. num. 14. Cardin. in 2. quest. circa finem, vers. In glos. 3. Anchar. in 2. not. Imola num. 1. & Abb. in 3. not. Rota dec. 31. num. 5. de re iudic. in Ansig. Callador dec. 11. n. 1. de rescript.

Nunc videamus, an obster secunda difficultas incertitudinis personarum, quibus facienda est restitutio: & sanè si provisos nulliter de beneficio in concursu non habeat huiusmodi competitoris, nulla est incertitudo; quia illi beneficium est de jure debitum, ac proinde ei soli satisfaciendum erit, vel cum eo concordandum, juxta doctrinam D. Thomæ, & communem assensum est supra n. 17. & 26. Et idem dicendum si competitoris fuerint plures, sed unus tantum sit superflus, eo quod alii aut sint mortui, vel Religionem ingressi: aut aliud æquale beneficium incompatible affectus; quod litres, aut quatuor, vel plures superfluis ex approbatis tunc unus ætate, moribus doctrina, prudentia sit cæteris omnibus longè præstantior, & eminentior, & de hoc sit fama publica in loco, & communis omnium repetitio: utique cum securitate conscientiarum poterit nulliter provisos, illi satisfacere vel beneficium ei renunciando, vindicando recompensationem: teneatur enim investigare cui facienda sit restitutio, secundum D. Thom. in 4. sent. dist. 15. qu. 1. art. 1. q. 4. ad 1. & in 2. 2. q. 62. art. 5. ad 3. Et satis est, ut ex probabilitate morali intelligat se illi, & non alteri damnum intulisse, ad hoc ut ei satisfaciendo sit tutus quoad Deum, c. sine iniur. & dam. dat. l. Si serpus, la secunda, §. Si ex plastro, & l. Qui occidit, §. In hac ff. de leg. Aquil.

Nec dicatur iudicium de magis idoneo ad solùm Episcopum pertinere: quoniam post Bullam Pii V. Episcopus in hoc nullum habet arbitrium, sed teneatur præcisè eligere digniorem ex approbatis, ut patet ex dictis supra num. 26. & 27. Unde qui in fraudem obtinuit parochiale, posthabito Episcopi iudicio, poterit tunc satisfacere illi, qui communi omnium assensione habetur pro digniori. G 2 Si